



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 132. Alius Gersoni Libellus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. hanc causam movisse, atque instigante
A. C. 1415. Ludovico Bavaro, a cujus ore Sigismundus penderet, (ut quidam Anonymus loquitur) contra Ducem Burgundiæ enormia deposuisse facinora cirminabantur. Nihilominus utrinque incassum laborabant contrariæ partes, & negotium nunquam aliam induit faciem, licet ad illud decidendum, aut saltem discutiendum plusquam triginta congregationes celebratæ fuissent.

§. CXXXII.

Alius Gersonii Libellus.

Idem p. 387. Cum Anonymus Scriptor, de quo mox diximus, Gersonium tanquam calumniatorem traduxisset, & ex altera parte enixe petatum fuisset, ut ab hac causa removeretur, Gersonius paulo post libellum obtulit, in quo adstruebat, Synodum lege divina teneri, novem Joannis Parvi propositiones judicio fidei damnare, eosque, qui illas pertinaciter defenderent, tanquam hæreticos punire, item, a Synodo tot Doctorum & Academiæ afferta non minoris ponderis habenda, quam sententias eorum, qui Wiclefum, & Hussum damnarunt, frivolam quoque esse exceptionem dicentium, quod harum propositionum proscriptione concordiam inter Regem Galliæ & Burgundum restitutam

tam turbatura foret, ac si tamdiu fir- Sæcul. XV.
 ma pax sperari non posset, quamdiu A. C. 1415.
 ejusmodi perversa principia impune per-
 mitterentur. Non defuere, qui contra
 hunc libellum calamos suos acuerent.
 Inter ceteros alius quidam prodiit Ano-
 nymus; hic contra omnes, qui hanc
 damnationem urgerent, effrænem suam
 evomuit rabiem, eosque seditiosos, filios
 Belial, omnibus inferni furiis agitados, &
 rabiosis canibus haud absimiles crimina-
 tus est. Re tamen ipsa hoc scriptum nil
 continet, quod ab Atrebatensi Episcopo non
 jam fuisset propositum, nempe, hæc
 propositiones esse probabiles, nec eas ad
 fidem pertinere, antequam Ecclesia de-
 super iudicium tulisset, & Episcopum Pa-
 risiensem absque omni jure eas proscri-
 plisse.

§. CXXXIII.

*Episcopi Atrebatensis altercatio cum
 quodam Gallicæ Legato.*

Die duodecima Septembris fervida di- Gerson. ut
 sputatio Atrebatensem Episcopum supra p. 391.
 inter, & Petrum de Versallia, Gallicæ
 legatum oriebatur circa novem illas pro-
 positiones. Ille eas omnino tolerandas
 esse nec ad fidem pertinere pertinacius
 tuebatur. Hic vero Episcopi sententiam
 in publicas tabulas referri petiit. Tum
 Atre-